

Stephanus Galdeti

*De alia questione an quelibet
anima habeat angelum*

Editor: Alexander Baumgarten

work in progress
10.03.2025

Manuscripts:

P1 Paris, BnF lat. 16408

Project NOTA-ERC

|| **De alia questione an quelibet anima habeat angelum**

P1 132r

arguerunt multi in hoc medio convenientes quia non habet hostem
fomitibus ea et per consequens non indiget adiutorio. Patet antecedens
quia non potest vincere nisi voluntas velit: *debilis est hostis qui non*
5 *vincit nisi volentem*. Et consequentia videtur de se nota et quia opponens
concupiebat oppositum ad probandum suam conclusionem.

|| Item tu arguebas sic: quia ipse posuerat unam conclusionem quod
Christus non habuit, quia fuit conservatus in gratia conservante et
beatus. Contra: quia summam tristitiam habuit cum dixit *tristis est*
10 *anima mea usque ad mortem*, ergo non habuit summam delectionem,
quia non possunt simul esse.

P1 132v

Secundo, quia non videtur angelus nobis expedire quia ponit nos in
maiori dubio, quia si fuero perplexus de aliquo agendo et revelet mihi
angelus nesciri an illa revelatio sit boni angeli vel mali ymmo de hoc
15 merito potero dubitare et multo fortius quam de primo ergo etc.

Tertio, quia dicebatur quod poterat formare unam speciem, quero
aut illam transisset de subiecto in subiectum, et sic contra naturam vel
creabit vel transmutando organum, quia consimiliter posset delectari ibi
existentes et sic posset mihi auferre cognitionem alicuius rei et bonam
20 volitionem consequentem illam cognitionem, quod videtur absurdum.
Item magister HENRICUS arguebat per numerum hominum et angelorum
sic.